UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIX. Markgraf Ludwig nimmt Hasso den Rothen von Wedel in seinen Schutz, am 15. September 1337.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55359

Visual Library

XIX. Markgraf Ludwig nimmt Haſſo den Rothen von Wedel in ſeinen Schutz, am 15. September 1337.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Recepimus et recipimus preſentibus ſtrenuum virum Haſsonem Rufum cum univerſis ſuis rebus, bonis et municionibus quibuscunque habitis et habendis in noſtre defenſionis et tuitionis preſidium ſpeciale, Volentes ipſum contra quoslibet turbatores indebitos et injuriam ſibi facere volentes pro ſuo iure, magnificis principibus ducis Wartizlai recordacionis filiis, avunculis noſtris dilectis, duntaxat exceptis, pro noſtris viribus ſuper univerſis cauſis et accionibus, mutacionem membrorum tangentibus excluſis, dum et quando ſibi neceſſe fuerit, defenſare. In cujus etc. Teſtes D. de Buch, Haſſo de Wedel, Henningus de Poltzin cum ceteris. Datum Berlin, anno domini MCCCXXXVII, in craſtino exaltationis ſancte crucis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 319.

XX. Markgraf Ludwig ertheilt dem Henning von Wedel von Poltzin die Zuſicherung, daß es ihm nicht verargt werden ſoll, wenn er mit dem Herzoge von Pommern ein Schloß zu erlangen ſucht, am 15. September 1337.

Ludouicus etc. Strenuo viro Henningo de wedel, dicto de Poltzin, dilecto etc. Volumus et intendimus te, ſi pro caſtro, quod cooperante domino ac duce Stetinenſi conſequi proponis et obtinere concepiſti, ad quod tibi noſtrum damus et adhibemus plenum et expreſſum conſenſum, inpugnatus fueris uel inuaſus, pro noſtris viribus tanquam ceteros noſtros vaſallos et ſubditos fideliter defenſare, dummodo nobis et heredibus noſtris cum ipſo conquiſito caſtro uel pluribus, ſi plura fuerint, perpetue ſine dolo volueris obedire. In cuius etc. Datum Berlin etc. Similem literam Haſſo de Wedel promiſit pro eis reddere domino Marchioni.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig verſchreibt die Urbede der Stadt Callies zur Erhebung nach dem Ablauf der Freijahre dem Ritter Haſſo von Wedel von Falkenburg.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc., deputamus preſentibus et locamus ſtrenuo militi, Haſſoni de wedel, reſidenti in valkenborg, ſideli noſtro dilecto, ſuiſque etc. penſionem ciuitatis noſtre kaliſs, dum primo anni libertatis ipſi ciuitati indulti exſpirauerint, recipiendam et colligendam — — —

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift.